ac summis pecuniarum quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat pre-
sentibus Intercisam certam inter se Recognoscentem ex una et praefatum Illu-
strem et Magnificum Castellanum Sendominensem ex altera Partibus rone Arendae
Dominorum Rudna et Alcarum Rerum et Condominium ibidem contentarum de Actu
et data in Arce Resoviensi ipso die Conversionis Sancti Pauli Apostoli
Anni praesenti conscriptae et confectae manu eiusdem Recognoscentis et praefati Illustris
et Magnifici Castellani Sendominensis subscriptae et sigillis ab utrinque communitas
In omnibus et singulis eiusdem Intercisae Condominiis punctis clausulis arti-
culis vadiis Ligamentis ac nexibus generaliter universis pro suo interesse fir-
miter tenere complere et exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et sin-
gulis illius contentis toties quoties opus fuerit satisfacere praefatam Intercisam
ad Inscriptionem praesentem et Inscriptionem praesentem ad praedictam Intercisam
vicissim in toto referendo idque sub vadio Mille Quingentorum Florenorum
pecuniae polonicalis per eandem Recognoscentem Generosum Victorinum Sokol-
nicki Sive eius Successores praenominati Illustris et Magnifici Castellani Sendominensis
et ipsius Successoribus ob non complecionem Contentorum eiusdem Intercisae
tam in toto quam in parte ad solvendum toties quoties opus fuerit
ex suo interesse succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad
solvendum succumbendo ac pro re aliqua Principali ex praemissis non completa
complentisque praemissis Citatus existens praenominatus Recognoscens
Victorinus Sokolnicki Sive eius Successores ad instantiam praenominati Illustris
et Magnifici Castellani Sendominensis Sive eius Posterorum ad officium Castrensem
Capitaneale Dieciense vel Castrense Novae Civitatis Korczyn ex suo interesse
recessu supra scriptum quoad respondendum spectat mediante semper in primo Ci-
tationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere
vadium praetactum luere Inscriptionem huic satisfacere ac omne Judicatum pati
debebit ac tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia obligat eundem
Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes Causae
eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori mi-
norenitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum Servitio

militari

militari ad munimentum ad Quietem vel aliis quibusvis Dillationibus
et legalibus impedimentis non differendo ad Quietem ultra proxime Termini
officii praefati ad Quod ex praemissis Citabitur Dillationem sibi non recipien-
do nullasque Monetas appellationes earumque prosequentes faciendo ac praemissa omnia
poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus fatalibus Juris
praeterea Terrestri bello Conventioneque tum aliisque quibusvis Juris remediis ac de-
fensis non subterfugiendo hac sua praesenti personali Recognitione ad
praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Secunda ante Festum Sancti Valentini Martiris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Quarto

1634
13/15

Blazowski Kopiskiemu Tenetur

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensis Capitaneatus Praemisliensis
Nobilis Petrus Blazowski Sanus mente et corpore extra a Terris Districtibus
Juris Jurisdictionibusque Suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem
Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisliensi quoad actum praesentem attinet se
cum Successoribus bonisque Suis gratis omnibus totaliter et plenarie incorporans
atque subiiciendo poenam libere publicae perexpressum recognoscens Quia ipse
Nobili Fedori Kopystynski eiusque Posteris Summam Centum Florenorum
pecuniae polonicalis certi veri Justi et liquidi debiti mutuatae pecuniae tenebitur
atque debet Quamquidem Summam Centum Florenorum pecuniae polonicalis praeno-
minatus Recognoscens Nobilis Petrus Blazowski Sanus mente et corpore suis
bonis Suis gratis omnibus ac summis pecuniarum quibusvis habitis et habendis praedicto
Nobili Fedori Kopystynski eiusque Posteris inscribit et obligat praesentibus
hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et
immediate venturo dare solvere et coram officio Actisque praesentibus Castrensis

Chlopecki Lasienickiemu Debet.